

6
P L A C I T A
P H I L O S O P H I C A

P V B L I C O C E R T A M I N I E X P O S I T A
I L L V S T R I S S I M O S E N A T O R I
D · T H O M Æ C A M P E G G I O
M A R C H I O N I D V C C I Æ .

Dicata

A B A L D I N O D E A L D I N I S

Almi Collegij Comelli Alumno.



B O N O N I Æ , M D C L X V I I I .

Typis Iacobi Montij. Superiorum permissu.

VIR ILLUSTRIS³SIME.



Alce nuncupaturum Theses diu ambi-
gendi causa detinuit, & earum exilitas,
& Tuorum Meritorum Amplitudo,
Vir Illustrissime, in varia animum di-
strahebant, iucundissimum occurbat
meorum Studiorum primitias Tibi deuotionis in Ara
offerri, sed muneris, & offerentis paupertas plenum
alce votum insinuabat, sed quoque illius Humanita-
tis recordatio, qua equalium deuincis animos, & mi-
norum debilitati addis audaciam, facillime supera-
uit; mihi suadens, parua te non despecturum, vt qui
grandia mereris, & Gentilitia Aquilam ab aspectu su-
blimum ad hæc inferiora aciem conuertere non de-
dignaturam, sicque Canem, qui Leonum fortitudi-
nem æmulatur, debilia tueri, non auersaturum; offe-
ro igitur munusculum hoc non satisfactorius meis ob-
ligationibus, sed debendi causas auctorum, cum auspi-
catissimum mihi accidat debere Tibi, qui adeo felici-
ter communes Tibi Maiorum Virtutes effeceris, par-
ui pendens illorum imaginibus atrium exornari, nisi
uiuendo originem comprobares dignumque Nepo-
tem fatereris, & præcipuè Laurentij, & Alexandri,
quos ad Romanæ Purpuræ decus augendum assum-
ptos, vel diuisorum ab Orbe Regnorum Admiratio

suspexit, vnde & Petro, & Cæsari merentes dignita-
tibus, ac privilegijs prosequi extitit ambitiosum, equo
Vtriq. viso singularibus eos honoribus cumulandos,
quorum animi non communibus dotibus præfulge-
rent; gratum esset in tuorum laudibus diù detineri,
nisi Tuam offendere timerem Modestiam, quæ ma-
iorum dum legit præconia, laudari sua extimescit, quæ
in illis suspiciuntur, in se quoque dignoscens; Tu er-
go, qui maus laudanda agere, quam laudari, Maio-
rum fæliciter inhærendo vestigijs, dicata Philosophiæ
dogmata benigno inspice vultu, hosce mihi ignoscens
ausus, qui viuere semper, ac palam prædicari gloria-
bor, & ero

Illustrissimæ Dominationis Tuæ

Deuinctissimus, ac Addictissimus Seruus

Aldinus de Aldinis.

Placita Philosophica.

I.



Atur primum subiectum in rerum natura,
ex quo tamquam ex parte substantiali fit
quodlibet corpus naturale generabile, &
corruptibile.

II.

Quod cum supponatur primum omnium principiorum,
creatum esse a Summo Opifice firmiter censendum
est.

III.

Hoc autem an sit materia peripatetica, an vero quattuor
elementa tamen tum ab Antiquis, tum à Recen-
tioribus statuta indemonstrabile est.

IV.

Facta tamen suppositione, quod hoc principium sit mate-
ria peripatetica, sufficienter describitur, Primum
subiectum ex quo fit aliquid cum insit &c.

V.

Hæc naturaliter non potest spoliari ab agente naturali
quacumque forma substantiali, bene autem super-
naturaliter.

VI.

Sicuti quoque conferuari absque nouo, ac efficaciore con-
cursu superaddito.

A 3

Cum

Cum à priori nullam dependentiam cognoscat a forma substantiali.

VIII.

Licet tamen dicatur communiter ens potentiale, non ita tamen rigoroſe de ea ſentiendum eſt, vt propria exigentia illi denegetur independenter a quacumq. forma ſubſtantiali.

IX.

Cuius innata potentia formarum receptiva adeo tenax eſt, vt non ſolum quaſcunq. producibiles appetat, verum etiam corruptas.

X.

Cum haud ex diuerſitate ſpecifica formarum, nec alio ſolido fundamento argui poſſit ſpecifica materiae diuerſitas in corporibus corruptibilibus, idcirco omnes materiae eiusdem ſpeciei a homine eſſe fatemur.

XI.

Non repugnat tamen materia ſpecie diuerſa ab hac, quae de facto ſupponitur in rerum natura.

XII.

Corpora Caeſtia ſiue corruptibilia ſint, ſiue incorruptibilia non habent tamen materiam ſpecie differentem a ſublunari, facta tamen ſuppoſitione, quod non ſint corpora ſimplicia.

Cum A Ne-

XIII.

Necceſſitas materiae a nobis admittitur tarum reſpectu corporum compoſitorum ſubſtantialium, non autem præciſe reſpectu corporis, cum arbitremur nullo modo corpus ſimplex carens principijs phyſicis implicare.

XIV.

Quod ſola actione creatiua poteſt poni à parte rei, ſicut quoque deſinere.

XV.

Licet tamen materia ſecundum ſe ſit indifferens ad omnes formas, & ſucceſſive omnium formarum receptiva, naturaliter tamen ſimul, & ſemel duas formas totales non recipit.

XVI.

Poteſt tamen recipere, cum nulla ſufficiens appareat implicantia.

XVII.

Expulſio formae veteris à materia non eſt ita connaturalis formae nouae, vt vi Diuina ſuſpendi non poſſit.

XVIII.

Quod verificatur tam de ſubſtantiali, quam de accidentali.

XIX.

Cum præter formam immaterialem admittendae quoque ſint materiales, hæc dicimus produci à quocunq. Agente cum dependentia à materia.

Idem

XX.

Idem asserimus de formis Cælorum, ac Elementorum in
prima mundi productione.

XXI.

Materiales substantiales diuidimus in totales, & partiales.

XXII.

Partiales solis viuentibus tum sensitiuis, tum insensitiuis
concedimus.

XXIII.

Ex vnione materiæ, & formæ substantialis tamquam ex
proprijs, & intrinsecis causis recipit esse composi-
tum physicum.

XXIV.

Quod ab omnibus simul sumptis vt vnitis realiter distin-
guitur.

XXV.

Quamuis sine his neq; supernaturaliter possit esse in rerum
natura.

XXVI.

A quibus adeo stricte dependet, vt nec de potentia Dei
absoluta sit creabile.

XXVII.

Præter partes essentielles physicas materiam scilicet, & for-
mam admittit continuum etiam partes integrales, in
quas est diuisibile.

Ideo.

XXVIII.

Ideoque quodlibet continuum constare ex indiuisibili-
bus physicis constare arbitramur.

XXIX.

Vnde sicut ex pluribus granis resultat acruus maior, aut
minor arenarum; ita (seruata debita proportione)
ex pluribus indiuisibilibus physicis insimul vnitis
coalescit maius continuum.

XXX.

Idem quoque asserimus de continuo successiuo.

XXXI.

Cum differant naturalia ab artificialibus, artem quoque
a natura differre statuimus.

XXXII.

Natura bene definitur principium, & causa motus, & quie-
tis in eo, in quo est primo, & per se.

XXXIII.

Ars vero est habitus cum recta ratione factiuus.

XXXIV.

Hęc dispositiue tantum potest attingere productionem rei
naturalis.

XXXV.

Quidquid de nouo ponitur à natura proprias exigit cau-
sas, cum necessario omnia naturalia sint ab alio.

Causa

XXXVI.

Causa in communi sumpta bene definitur principium influens in aliud.

XXXVII.

Adequate sumpta diuiditur in mater ialem, formalem, efficientem, & finalem.

XXXVIII.

Cum nobilius ab ignobiliore causari nequeat, ideo negamus accidentia virtute propria, aut aliena attingere posse productionem substantiæ.

XXXIX.

In loco sunt, quæcumque à causis sublunaribus causantur, qui bene definitur, Ultima superficies corporis continentis immobilis.

XL.

Vacuum nullum admittit natura, neque per artem dari posse probabiliter asserimus.

XLI.

Præter Corpora sublunaria concurrentia ad generationem rerum, quæ de nouo ponuntur, Cælorum, ac Syderum concursus necessarius cognoscimus.

XLII.

Corpora Cælestia non sunt omnimode simplicia, sed constant ex materia, & forma physica.

Quo.

XLIII.

Quorum materia est eiusdem speciei at home, cuius est materia sublunarium.

XLIV.

Earum formæ non fuerunt creatæ, sed eductæ.

XLV.

Excepto Cælo stellarum fixarum, probabilius est cæteros Cælos esse fluidos.

XLVI.

Nec inuicem specie differre quoad totum, nec quoad vllam partem.

XLVII.

Licet Planetæ omnes inuicem specie differant.

XLVIII.

Non mouentur ab intrinseco, sed ab extrinseco absque tamen vlla repugnantia.

II.

Nobilissima actionum omnium naturalium est Generatio substantialis.

L.

Quæ (admissa Aristotelis suppositione, non autem concessa) bene definitur, mutatio totius in totum nullo sensibili remanente subiecto, vt subiecto eodem.

Reic-

LI.

Reiecta verò tali suppositione melius definitur, productio
substantiæ cum dependentiâ à subiectio.

LII.

Directe generationi opponitur corruptio, in quâ non da-
tur resolutio vsque ad materiam primam.

F I N I S.


Disputabuntur in Templo S. Laurentij Portæ Sterij
sub Assistentia Perillustris, ac Excellentissimi Do-
minici Clerici Doctoris S. T. C. ac Philosophiæ
in Patrio Archigymnasio Lectoris Publici.

Die 22 februarij Hora 2o Anno 1668.



021231

Biblioteca dell'Archiginnasio



SCAFFALI ONLINE
<http://badigit.comune.bologna.it/books>

*Placita philosophica publico certamini exposita illustrissimo senatori D. Thomae
Campeggio ... Dicata ab Aldino de Aldinis almi Collegij Comelli alumno
Bononiae : typis Iacobi Montij, 1668
Collocazione:17. N. IV. 54 op. 06
<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO2869047T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



4.0:<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode>

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore
contattare: archiginnasio@comune.bologna.it